¶ Viſio et ꝯſolatio quinta, in qua vidit deum, in quãtum eſt ſũma iuſtitia et adhuc altius, ex q̃ adepta eſt approbationem diuinoꝝ iudiciorum.

QVadã vice dũ eram in orõne, queſiui a deo nõ dubitans de aliquo, ſed volens plus ſcire de deo et dixi. Quare dñe feciſti creationẽ hoĩum et poſtq̃ feciſti, ꝑmiſiſti tibi fieri tãtam paſſionẽ, ſicut fuit filii tui pro peccatis nr̃is, cũ tu poſſes optime facere, ꝙ ſine oĩbus iſtis fuiſſemus tibi grati: et placuiſſemus tibi, et habuiſſemus tãtundem virtutis ſicut hẽmus. Et dabat̃ mihi ĩtelligere ꝙ deus ideo fẽcerat et ꝑmiſerat, qa per hoc melius manifeſtabat̃ nobis bonitas ſua, et melius conueniebat nobis: hoc aũt nõ ſufficiebat mihi ꝙ plene ĩtelligerem, ĩtelligebã tñ certisſime, et ſciebã ꝙ Deus aliter facere potuiſſet ſi ipſe aliter voluiſſet ſaluare nos. Vna tñ vice eleuata fuit anima, et videbat ꝙ iſtud qđ ego q̃rebam, nõ habebat initiũ neq; finẽ et ipſa aĩa cum eſſet in ipſa tenebra, volebat redire, retro ad ſe, et nõ poterat, volebat ꝓcedere, nec poterat, ſubito igit̃ fuit amplius leuata, et illumi-

nata,et videbat dei potētiam inenarrabilē,et vi/
debat dei volūtatem,et iuſtitiam,et bonitatem,
in qbus plene,et ītelligebam oīa đ qbus queſierā.
Et fuit aīa extracta de oī illa tenebra priori, in illa
enim tenebra iacebā in terra,ſed in iſta maxima il
luminatione ſteti in pedibus,in ſūmitate digitoꝝ
groſſoꝝ pedum,et eram in tāta agilitate corpo/
ris et renouatione,ꝙ nunq̄ tantam habueram:et
erā in tāta plenitudine charitatis,et cum tāta leti/
tia ītelligebam in illa potētia et volūtate et iuſti/
tia dei,ꝙ nō ſolum de illis que q̄ſierā intelligebā,
īmo etiam ſatiſfaciebat mihi đ oībus creaturis ſal
uandis,et demonibus, et de dānatis et de oibus,
ſed iſtud nō poſſum manifeſtare aliqbus oīo ver/
bis,ſupra enim naturā oīo eſt. Et q̄uis ego plene
ītelligerē ꝙ deus aliter potuiſſet ſaluare nos ſi vo/
luiſſet,nō tñ poteram cognoſcere, ꝙ melius no/
bis poſſet cognita fieri eius potentia et bonitas,
nec melius potuiſſet poni in ore. Et extūc rema/
neo ita ꝯtenta et ſecura,ꝙ ſi certiſſime me ſcirem
eſſe dānandam,nulla rōne poſſem dolere,nec mi
nus laborarē,nec ſtuderē orare et honorare deū,
tātum ītellexi iuſtitiā eius,et rectitudinē iudicioꝝ
eius,et reliq̄t in aīa mea vnā pacem, vnā qetem,
et ſoliditatē,cuius ſimilē nō recordor me habuiſ/
ſe ita plene,et in hac maneo ꝯtinue.Poſtq̄ aūt vi/
deram potētiam dei,et volūtatem eius et iuſtitiā
fui leuata adhuc plus,et tūc nō videbā nec potē/
tiā,nec volūtatem dei illo modo ſicut prius, ſed

videbã vnam rẽ ſtabilem, ita ĩdicibilẽ mihi, ꝙ nihil de ea poſſum dicere, niſi ꝙ erat oẽ bonum, et aĩa mea erat in letitia oĩo inenarrabili, et nõ videbã ibi amorem, ſed illã rem oĩo inenarrabilem, et exiueram de illo ſtatu priori, & erã poſita in iſto ſtatu maximo inenarrabili, & neſcio ſi erã in corpore vel extra corpus, et oĩa retro habita nõ videbañ mihi ꝙ fuerit tam magni ſtatus, & reliqt mihi mortificationem vitioꝝ, & ſecuritatem virtutũ, qbus diligo bona & mala, benefacta & malefacta qa. ſ. nõ habeo ĩde diſplicentiam. Relicta igiẽ ſum in magna pace, & veneratiõe iudicioꝝ diuinoꝝ ita ꝙ qñ dico deo, per iudicia tua libera me dñe, vel per iudicium tuum libera me dñe, tãtum delector, & ita ꝯfidẽter dico, ſicut qñ dico per tuã paſſionem libera me dñe. Non enĩ magis cognoſco bonitatem dei in vno beato, vel ſancto viro, vel multis, q̃ ĩ vno dãnato vel multitudine dãnatoꝝ: ſed hoc ꝓfundum nõ fuit mihi demõſtratum niſi ſemel: & nunq̃ obliuiſcor illius memoriam, nec illius letitiam, & ſi oĩa que ſunt fidei per ĩpoſſibile deficerẽt, hinc tñ remanet mihi certitudo de deo & de ſuis iudiciis, & de iuſtitia ſuaꝝ iudicioꝝ, ſed o quãta ꝓfunditas eſt hic, totum tñ redit in vtilitatem beatorum: anima enim que iſtam cognitionem de diuinis iudiciis, & iſtius ꝓfundi habet, de oĩbus habebit fructum ex iſta cognitione dei.

¶ Viſio & ꝯſolatio ſexta in q̃ vidit deũ ĩquãtũ eſt amor ex q̃ viſiõe trãsformata eſt ĩ diuinũ amorẽ.

QVadam vice in quadrageſima videbatur ꝙ eſſem multũ ſicca, & ſine deuotione, & orabã deum ꝙ ipſe daret mihi de ſe, pro eo ꝙ erã ſicca de oĩbono, et tunc fuerunt apti oculi aĩe, et videbã amorem qui veniebat plane verſus me, et videbam pricipium, ſed nõ videbam finẽ, niſi ſolũ ꝯtinuationem eius, et neſcio dicere aliquã ſimilitudinem coloris. Et ſtatim qñ peruenit amor ad me, videbam oculis aĩe apte hec oĩa, pluſq̃ cum oculis corporis, aliquid poſſit videri, et factus eſt amor verſus me, ſicut vnius falcis ſimilitudo, Nec eſt itelligẽdum ꝙ fuerit aliq̃ ſimilitudo quãtitatiua mẽſurabilis, ſed erat ſicut ſimilitudo falcis, qa in pricipio qñ amor ſe p̄ſentauit, prius retraxit ſe nõ ꝯferens ſe quãtum ſe fecit itelligi: Et tũc ſtatim repleta fui amore et ſacietate inextimabili, que q̃uis me ſaciaret, tñ generabat in me maximã famẽ tãtum inextimabilem: ꝙ oĩa mẽbra tũc diſiungebanť: ita ꝙ aĩa lãguebat: & deſiderabat peruenire ad reſiduũ: Et nolebam nec videre, nec ſentire aliquã creaturam: & ego non loquebar: ſed aĩa mea loq̃bať intus clamãs, ꝙ amor nõ faceret eã tanto amore languere, qa vitam extimabã mortem: Et ad hoc ĩuocabat beatã virginẽ prio, & prius: deinde ĩuocabat & obſecrabat oẽs apoſtolos: ꝙ irent cũ ea: & genuflecterẽt, & nunciarent altisſimo: ꝙ nõ faceret, ſeu nõ pmitteret eam amplius pati iſtã mortẽ: ſed ꝙ peruniret ad eum quẽ ſentiebat: & ſimiliter rogabat beatũ Frãciſcum: & euangeliſtas

obſecrabat & clamabat ad eos ſimiliter: & dũ ex
appropinq̃tione me totã crederem eſſe amorẽ, ꝓ
pter amorẽ quem ſentiebã: dicebam multi ſunt q
credũt ſtare in amore, & ſtant in odio: & ecõtra-
rio: multi credũt ſtare in odio, & ſtant in amore.
Aĩa aũt mea querebat hoc videre certiſſime: Sed
deus dedit hoc mihi ſentire manifeſte, ſic ꝙ ego
remãſi tũc tota ꝯtenta. Repleta aũt ſum illo amo
re ſic ꝙ nõ credo ꝙ poſſim carere illo amore de
cetero: & nõ poſſum credere alicui creature aliud
dicẽti: & ſi angelos aliud dicerẽt mihi: ego nõ cre
derẽm, ſed reſpõderem tu es ille qui cecidiſti de ce
lo. Et videbã in me duas partes: ſicut ſi facta fuiſſet
in me vna ſtrata: & ex vna parte videbã amorẽ: &
oẽ bonũm qđ erat a deo & nõ a me: & in alia par
te videbam me ſiccã: & ꝙ a me nõ erat aliqđ bo-
num: & per hoc videbã ꝙ nõ eram ego que ama-
bam quãtumcũq; viderẽ me in amore: ſed illud
erat ſolũmodo a deo: & poſt iſtud ſe readunauit
amor, & tũc maiorem ꝯtulit amorem: & magis
ardẽtem q̃ prius, & erat mihi deſiderium eũdi ad
iſtũ amorẽ: Et ĩter p̃dictum amorẽ qui eſt ita ma-
gnus: ita ꝙ nõ potui tũc ſcire ꝙ maior amor poſ-
ſit eẽ: niſi tũc qñ ſupuenit ille alius mortalis amor
vñ inter puꝝ amorem, & aliũ mortalem, & maxi
mũ ardorem: eſt quoddã medium de quo nihil
poſſum narrare, qa eſt tãte ꝓfunditatis: & tãte leti
tie: tãtiq; gaudii, ꝙ narrare nõ põt. Et tũc nollem
aliqd audire de paſſione, nec etiam vellẽ ꝙ noia-

reẽ mihi deus, qa tūc qñ noiatur: vel ſentio eum cū tāta delectatione, ꝙ lāguore crucior pre amore, & oẽ aliud: qđ minus eſt illo: eſt mihi ĩpedimẽtum. Et nihil videẽ mihi ꝙ dicaẽ de euāgelio, nec de vita xp̃i: nec de aliq̃ loquutione dei: qa maiora: & incōparabilia video in deo: & poſtq̃ remaneo ab illo amore remaneo tñ ꝯtenta cum angelo ꝙ diligo buffones & etiā demones, & qcquid video fieri, etiam ip̃m peccatū qñ video ab aliis fieri, nō diſplicet mihi: credens ꝙ deus iuſte pmittit: & vult fieri. Et qñ ſum in illo ſtatu, ſi comederet me canis, nō curarem: & etiā non videreẽ mihi: ꝙ paterer aliquẽ dolorem. Nec tūc eſt: nec eſſe pōt, recordatio, nec memoria doloroſa de paſſione xp̃i: nec ſunt in iſto ſtatu lachryme. Vna tñ vice: ſimul cum iſto amore: ſe adunauit recordatio inextimabilis p̃cii: p̃cioſi ſanguinis: per quẽ data eſt ĩdulgentia mūdo: & mirata ſum: qūo potuerit ſimul ſtare: ibi tñ non erat dolor paſſionis. Paſſio aūt eſt via & documētum: q̃liter debeam facere. Et iſte ſtatus eſt maior q̃ ſtare ad pedes crucis xp̃i per ꝯtinuam recordationẽ, ſicut ſtetit beatus Frāciſcus: q̃uis aīa frequentet vnum, & aliū gradum.

❡ Viſio & ꝯſolatio in qua vidit deū ĩquātum eſt trinus in pſonis: vidit tamen eū cum tenebra, ex hac autem viſione adepta eſt perfectam & ſanctam ſpem cum omni ſecuritate.

Quadam vice fuit eleuata aīa mea: & videbā deum in tanta claritate, ꝙ nunq̃ ip̃m viderā

in tanta:nec illo modo plenisſimo:& nõ videbã ibi amorẽ:& ꝑdidi illũ amorem:quẽ prius porta bam,& facta ſum nõ amor. Et poſt iſtud vidi eũ in vna tenebra:& iõ i tenebra:qa eſt maius bonũ qđ poſsit cogitari,nec ĩtelligi:oẽ qđ põt cogita/ ri ſiue ĩtelligi:nõ ꝯtingit ad illud: Et tũc data fuit aĩe vna fides certisſima,vna ſpes ſecura,& firmisſi ma,vna ſecuritas de deo cõtinua: ita ꝙ abſtulit a me oẽm timorem:& in illo bono qđ videť ita in tenebra,recollegi me totã:& effecta ſum ita ſecu/ ra de deo:ꝙ nunꝗ poſſum dubitare de eo:qñ ha/ beã deum certisſime.Et ĩ illo bono efficacisſime qđ videť in tenebra:ẽ modo ſpes mea tota recol lecta & ſecura,frequẽter igiť video deum illo mo do:& in illo bono qđ narrari exterius nõ põt,nec etiam cogitari corde.In illo inquã bono certisſi mo & ĩcluſo,qđ intelligo cũ tãta tenebra habeo totã ſpem meã:& in vidẽdo,qcquid volo hẽre, totum habeo:qcquid volo ſcire totum ſcio,& vi deo ibi oẽ bonum,Nec aĩa in vidẽdo:põt cogi/ tare de diſceſſu illius boni: vel de diſceſſu ab illo bono:nec ꝙ debeat de cetero diſcedere:ſed dele/ ctať ineffabiliter in illo oĩ bono:& nihil oĩno vi/ det aĩa:qđ narrari poſsit ore,nec etiam ꝯcipi cor de:& nihil videt,& videt oĩno oĩa:& qa illud bo num eſt cũ tenebra,ideo magis certisſimũ:& ma gis ſupans oĩa:quãto magis videť in tenebra et ſe/ cretisſimum,& poſtea video cũ tenebra ꝙ ſupat oẽ bonum,& oĩa,& oẽ aliud eſt tenebra:& oẽ qđ

cogitari pōt eſt minus iſto bono.Et etiā illud, qñ aīa videt diuinam potentiam:& qñ videt diuinā ſapiētiam:& etiā id qñ videt diuinā volūtatem: que mirabiliter:& inenarrabiliter alias vidi eſt mi nus illo bono certiſſimo:illud enim bonū qđ vi/ deo eſt totū:illa vero alia oīa ſunt pars. Et qñ vi/ dent illa alia q̄uis ſint inenarrabilia:apportant tñ magnā letitiā:redūdātem in corpus:ſed iſto mo/ do qñ videt deus in tenebra:non apportat riſum in ore:nec feruorē:nec deuotionem ī corde:nec feruētem amorem:qa corpus nō tremit:nec mo/ uet:nec ſic alterat, ſicut ↄſueuit fieri in aliis. Cor/ pus enim nihil videt:ſed aīa videt:& corpus quie ſcit & dormit:& līgua trūcatur:qa tunc nihil pōt loq:& oēs amicitias:quas deus oſtēdit mihi:mul tas & inenarrabiles:& oīa verba dulcia ab eo mi/ hi dicta:& oīa alia dicta & facta:in tātum ſunt mi nus illo bono:qđ video cū tāta tenebra:ꝙ nō po no ſpem meā in illis:īmo ſi poſſibile eſſet:ꝙ eēnt oīa nō vera:nullo tñ modo:minuerēt ſpem meā nec minueret ſpes mea ſecuriſſima:que eſt certa il lo oī bono:qđ video cum tāta tenebra. Ad iſtū aūt p̄dictum modū altiſſimum:& ineffabilem vi dēdi deū cum tāta tenebra:& ſuper inenarrabili, gr̄a viſionis eſt:mens mea tātum tribus vicib' ele uata fuit:q̄uis multis & īnumeris vicibus viderim illud oē bonum ſemp cum tenebra:ſed nō p̄dicto altiſſimo modo cū tāta tenebra: Et quoniam ex vna parte iſirmitatibus corpus meū diſſipat.Et ex

alia pte mūdus cum ſuis ſpinis:& amaritudinibus me expellit:et ex alia parte,demones cum multa moleſtia me affligūt:& quaſi cum ꝯtinua pſequu tione me īfeſtant:habētes poteſtatē in me: eo ꝙ deus ad affligēdū poſuerit in manibus eoꝝ aīam meam & corpus,ita ꝙ videt̄ mihi ꝙ videam eos q̄ſi corporaliter ꝯtra me:ex alia enim parte: deus trahit me ad ſe illo bono:qđ video in tenebra:vi deo enim ſanctam Trinitatē in tenebra:& in ipſa Trinitate quā video:in tāta tenebra:videt̄ mihi: ꝙ ego ſtem & maneam in eius medio:& illud tra hit me:pluſq̄ alia aliq̄ res:quā hactenus habuerim: vel aliqd bonum qđ viderim:ita ꝙ iſtius non eſt cōparatio ad illa:& qcquid dico de hoc:videtur mihi ꝙ nihil dicā:imo videt̄ mihi:ꝙ aliqd dicen do,maledicā:& meū dicere,videt̄ mihi blaſphe/ mare:tantum excedit illud bonū oīa verba mea: qn̄ etiam video illud bonū,nō recordor tunc qn̄ ſum in illo:de xp̄i humanitate: nec de deo hoīe: nec de aliq̄ re:que formā habeat:& tn̄ oīa tunc vi deo:& nihil video.In ſeparatione vero ab illo bo no iam dicto:video deum hoīem:& trahit aīam cum tāta māſuetudine:vt dicat aliqn̄ tu es ego: & ego ſum tu:& video illos oculos:et illā faciem tā placabilem:vt amplexet̄:& attrahat aīam meā cum īmēſa certitudine:& illud qđ reſultat de illis oculis:& de illa facie,eſt illud bonum qđ dixi:qđ ego video in illa tenebra:qđ emanat:& venit de intus:& illud eſt qđ tātum me delectat:in tātum

ꝙ narrari non pōt:& in iſto deo hoie ſtando aia eſt viua:& in iſto deo hoie ſto multum pluſq̄ in il lo cū tenebra:illud aūt bonum de tenebra:trahit aiam multo plus q̄ illud de deo hoie:ſine cōpara tione:ſed in iſto de deo hoie ſto q̄ſi ꝯtinue:& ſic ꝯtinue ꝙ q̄dā vice fuit mihi data ſecuritas de deo ꝙ nihil erat medium:inter me,& ipm : & extunc nō fuit dies:neq; nox:in qua nō habuerim ꝯtinue hāc letitiā de humanitate:& habeo deſideriū can tandi:& laudādi deū:& dico iſta:laudo te deum dilectū:in tua cruce lectum meum habeo factum, & pro capitali:vel pro plumario iueni pauptaté: aliā partem lectū ad pauſandū, inueni doloré cū deſpectione:in ꝑdicto enim lecto:ipſe fuit natus: ꝯuerſatus:& mortuus.Et iſtū amorem iſtius ſocie tatis.ſ.pauptatis,doloris,& deſpectus deus pr̄ tan/ tum amauit:ꝙ deus cū filio ſuo:& filius in iſto le/ cto ꝯtinue voluit iacere:& ſemp amauit:& ꝯcor/ dauit cū patre:& in iſto lecto ego requieui & reqe ſco:eſt enim lectus meus:& in iſto lecto ſpero mo ri:& per iſtū lectum credo ſaluari:& letitia:quam expecto de illis manibus & pedibus:nō pōt narra/ ri:qn̄ enim ipm video:nunq̄ vellé diſcedere : ſed amplius accedo:ideo meū viuere eſt mori.Et qn̄ de eo recordor:nō poſſum loq:truncat enim lin gua:& qn̄ diſcedo ab iſto:mūdus & illa que inue nio,cōpellunt peccata deſiderare magis : & ideo deſideriū meum ꝓpter lāguorem expectationis: eſt mihi pena mortalis.In his aūt viſionib⁹:& ꝯſo

lationibus aia mea ſepiſſime leuaẗ:& ꝯſolaẗ a deo dulciſſimo:cui eſt gloria & honor ī ſeculoꝝ amē

℄ Viſio & ꝯſolatio octaua:in qua vidit deum ꝑfectiſſima viſione poſſibili in vita iſta:ex qua adepta eſt firmitatem in bono propoſito:& perfectā in deo delectationem.

COnſequēter poſtea in quadrageſima eleuata ſum in ſpiritu:& īueni me totā intus in deo modo alio q̄ nunq̄ ꝯſueuerim.Et videbaẗ mihi ꝙ eram in medio trinitatis altiori & maiori modo q̄ ꝯſueuerim:eo ꝙ recipiebā maiora bona ſolito: & qa eram in ipſis donis ꝯtinue & plena delitiis: & delectamētis maximis & inenarrabilibus:q̄ oio ſunt ſupra oia:que vnq̄ expta fui.Fiebant enim in aia opationes diuine:tātum ineffabiles ꝙ nullus ſanctus nec angelus poſſet narrare : vel explicare: & ītelligo ꝙ illas opationes diuinas:& illam ꝓfundiſſimā habyſum:nullus angelus:nec alia creatura eſt ita capax ꝙ poſſet eā cōprehēdere : & videẗ mihi ꝙ illud qđ dico ſit maledicere: vel blaſphemare.Et ſum extracta de oibus q̄ prius habueram: in qbus ꝯſueueram delectari.ſ.de vita:de humanitate xpi:& de illa ꝯſideratione illius ꝓfundiſſime ſocietatis:quā tātum deus dilexit ab eterno : quā dedit etiam filio ſuo in qbus ego ꝯſueueram delectari.ſ.in pauptate : in dolore : & in deſpectu filii dei:vbi ꝯſueuit eē repauſcitio mea,& lectus meus & ſum extracta de oi illo modo vidēdi deū in tenebra que me tātum ꝯſueuit delectari : & ſum ex-

tracta de oĩ illo ſtatu priori cum tãtã vnctione & dormitione:ꝙ nullo modo ꝑcipere potui:niſi ꝙ modo recordor ꝙ nõ habeo illa. Et in illis bonis ineffabilibus & in opationibus diuinis p̃dictis : q̃ fiũt in aĩa mea:deus ſe prius p̃ſentat in aĩa faciens opationes diuinas ineffabiles:& poſtea ꝯſequẽter ſe manifeſtat apiendo ſe aĩe:& donãdo adhuc ei maiora dona cũ maiori adhuc certitudine:& cla ritate ineffabili.Et p̃ſentat ſe prius aĩe duobus mo dis:vno modo p̃ſentat̃ intime in aĩa mea : & tũc ĩtelligo eum p̃ſentem:& ĩtelligo qũo eſt p̃ſens in oĩ creatura:vel in oĩ re habẽte eſſe,in demone:in angelo bono:in ĩferno:in paradiſo:in adulterio: in homicidio:& in oi bono ope:& in oĩ re habẽ/te aliquo modo eſſe:tã in pulchra q̃ in turpi. Vn/de qñ ſum in iſta vnitate:non minus delector de deo:vidẽdo vel ĩtelligẽdo vnũ angelum bonũ: vel vnũ bonum opus:q̃ vnum malũ : & iſto mõ p̃ſentat̃ multum aſſidue in aĩa mea & hoc p̃ſenta re:vel hec p̃ſentatio:eſt illuminatio cum magna veritate:& cũ diuina grã:ita ꝙ qñ aĩa iſtud videt: nõ põt offendere in aliquo:& hec illuminatio ap portat in aĩa multa bona diuina:& iam tũc ĩtelli/gẽs deum eſſe p̃ſentem valde humiliat̃ : & recipit ꝯfuſionem de peccatis ſuis:& recipit hic aĩa ma/gnã grauitatem ſapiẽtie:& magnam ꝯſolationẽ diuinã:& magnam letitiã.Alio mõ p̃ſentat̃ ma/gis ſpecialiter:& valde diuerſo modo a p̃dicto:& dat aliã letitiam a p̃dicta : & recolligit totã aĩam

in ſe:&

in ſe:& facit in aïa multas opationes diuinas cum valde maiori grã:& cum inenarrabili abyſſo de/lectationũ & illuſtrationum:ita ꝙ ſolũ illud p̄ſen tare dei:ſine aliis donis:eſt illud bonum: qđ ſan/cti hñt in vita eterna.De donis vero que ſancti ha bẽt in illa vita eterna: aliq̄ ſancti hñt plura aliqui pauciora:que dona q̄uis nõ valeam dicere: imo meũ dicere plus ẽ deuaſtare & blaſphemare q̄ ali/qd dicere.dico tñ ꝙ in eis ſunt dilatationes aïe:q̄ bus aïa fit magis capax ad capiẽdum:& habendũ de deo.Et ſtatim cũ deus ſe p̄ſentat aïe:ꝯſequẽter manifeſtat ſe:aperiendo ſe aïe:& dilatat aïam: & donat ei dona:& dulcedines,quas nunq̄ fuit exp/ta:cũ valde maiori ꝓfundo:q̄ p̄dictum ſit. Et eſt extracta tunc aïa de oï tenebra:& fit aïe maior co gnitio dei q̄ intelligã poſſe fieri:& fit cũ tanta cla ritate:& cũ tãta dulcedine & certitudine & cũ tã/to abyſo ꝙ nõ eſt cor qđ id poſſit attĩgere:vnde nec cor meum põt poſt redire ad ĩtelligẽdum ali qd de illo:nec etiã ad cogitãdum aliqd de illo:ni ſi ſolũmodo ꝙ a deo donat̄ aïe ꝙ leuat̄ in id qđ nunq̄ cor põt ſe de cetero extẽdere in aliquo ad il lud.Et ideo nõ põt aliqd dicere oïno de illo:nec aliqđ verbũ reperiri põt qđ illud dicat vel ſonet: nec etiã cogitatio:nec ĩtellectus aliqd põt ſe exten dere ad illa:tãtum ſupant oïa:ſic & taliter ꝙ deus per aliqd qđ dicat̄ nec cogitet̄ cõmẽdari nõ põt.
℄ Scriptura tñ diuina eſt ita alta ꝙ nõ eſt homo ita ſapiens in toto mũdo etiã ſi habeat ſapiẽtiam

quãtam põt in iſto ſtatu ꝙ poſſit eã ita plene ĩtel
ligere qn ſupeꝛ eius ĩtellectus ab ea:& de illis ope/
rationibus diuinis ineffabilibus illius manifeſtare
dei:que ſunt & fiũt in aĩa nihil oĩno loqui vel bal
butire hõ põt: Et qa aĩa mea ſepe leuaꝛ in ſecreta
diuina:ideo intelligo illud quo facta eſt ſcriptura
diuina:& id quo videꝛ dicere & ꝯtradicere: & id
quo facta eſt facilis & difficilis:& illud quo nullã
vtilitatẽ hẽt aliqs de ea:qa nõ obſeruãtes dãnanꝛ
ex ea:& illud quo alii obſeruãtes ſaluanꝛ in ea. Et
ſto deſup hec cognoſcens:& ideo reueniẽs:de ſe/
cretis dei ſecure loquor aliq̃ verbula: que ſunt de
extra illas opationes diuinas ineffabiles: & nullo
modo appropĩquãt eis:ĩmo meũ loqui de eis &
meũ dicere eſt deuaſtare: vñ & dico me blaſphe/
mare:ſi enim oẽs ꝯſolationes diuine:& oẽs letitie
ſpũales:& oĩa delectamẽta diuina:q̃ nunq̃ in hoc
mũdo fuerũt:& nõ ſolum que fuerunt:ſed etiã ſi
oẽs ſancti qui fuerũt ab initio mũdi vſqꝫ mõ aſſi/
due habuiſſent explicare de deo: & ſi oĩa delecta/
mẽta mũdana bona vel mala:que vnq̃ fuerũt,cõ
uerterenꝛ in bona delectamẽta & ſpũalia:& dura/
rent mihi vſqꝫ quo pficerenꝛ:tñ pro oĩbus predi/
ctis ego nõ darem:ſeu nõ cãbiarem delectationẽ
quam ego habeo de illo inenarrabili manifeſtare
dei:tãtum quãtum ẽ leuare vel claudere oculoꝝ.
Et hec dico tibi vt aliq̃liter iſto mõ poſſim po/
nere in corde tuo:ꝙ adhuc illud inenarrabile bo
num qđ ego habeo ſupat in ĩfinitum oĩa p̃dicta:

& nõ habeo ſolũ ꝑ vnum claudere: vel apire ocu/
loꝝ: ĩmo habeo per bonũ ſpatium ſepe & multo
tiẽs illo mõ.ſ.multum efficaciter: alio aũt modo
.ſ.nõ ita efficaciter: habeo q̃ſi ꝯtinue. Et q̃uis ego
poſſim recipe triſtitias: & letitias exterius aliqua/
liter & paꝝ: intus tñ in aĩa mea eſt camera in qua
nõ ingredit̃ aliq̃ letitia: vel triſtitia: nec delectatio
alicuius oĩno virtutis: nec alicuius rei que noĩari
poſſit. Sed ĩtrat in illã illud oẽ bonum: & in illo
manifeſtare dei, q̃uis ego blaſphemẽ ſic ip̃m no/
minãdo: qa nõ poſſum ip̃m aliquo verbo pfecte
noĩare: eſt tota veritas: & in eo intelligo & habeo
totã veritatem que eſt in celo & in terra & in ĩfer/
no: & in oĩ creatura, cũ tanta veritate: et cũ tanta
certitudine ꝙ nullo modo (ſi totus mũdus dice/
ret oppoſitum) poſſem aliud credere: ĩmo facerẽ
truffas: video enim illum qui eſt oẽ: et qũo eſt oẽ
oĩum creatoꝝ: et video qũo fecit me capacẽ ad
intelligẽdum p̄dicta meliori modo q̃ fuerim ha/
ctenus qñ videbam in illa tenebra: que me tãtum
ꝯſueuit delectari. Et video me ſolã cum deo totã
mũdam: totã ſanctificatã: totam verã: totam re/
ctã: totam certificatã: totam celeſtem in eo: et qñ
ſum in iſto ſtatu: nõ recordor alicuius alterius rei
Et aliqñ qñ fui in iſto ſtatu: dixit mihi deus: filia
diuine ſapiẽtie: tẽplum dilecti, dilectum dilecti: et
filia pacis: in te qeſcat tota trinitas, tota veritas ita
ꝙ tu tenes me: & ego teneo te. Vna vero opatio/
num aĩe quam deus ſibi dat eſt: ꝙ intelligo cum

magna capacitate:et cum magno delectamẽto: quo mõ deus in ſacramẽto venit altaris cum illa magna et nobili ſocietate.Qñ vero remaneo:et ſum extra illũ maximum ſtatũ:et video me totũ peccatũ et obediẽtem peccato:obliquam et imũ dã totam falſam et terrenã:Sed remaneo qeta:et remanet in me vna vnctio diuina et ꝯtinua que eſt ſũma oĩum vnctionum quas vnq̃ habueri oĩbus diebus. Ad p̃dictum vero ſtatũ nõ ſum ego ꝑfecta ſed ſum ducta a deo et leuata:ita ꝙ ego neſciui iſtum ſtatũ velle:nec deſiderare:nec petere : et ſum nũc in iſto ſtatu ꝯtinue.Et ſepiſſime leuatur aĩa mea a deo:et nõ reqrit̃ meus ꝯſenſus : qa dum ego nec ſpero:nec cogito aliqd de eo:ſubito aĩa leuat̃ a deo et dominor:et cõprehẽdo totũ mundum:et nõ videt̃ mihi ꝙ ſim incerta : ſed ꝙ ſtem in celo in deo. Et iſte excellẽtiſſimus ſtatus ĩ quo modo ſum eſt ſup alios ſtatus quo adhuc habui: qa eſt tãte impletionis:et tãte claritatis:et nobilitatiõis:et dilatationis ꝙ nullũ aliũ ſtatum ſentio appropinquare ei.Et iſtud manifeſtare dei habui pluſq̃ mille vicibus.Semp nouiter alio mõ et diuerſo ab alia vice.Et ſemel in feſto ſancte marie cãdelarie habui illud inenarrabile manifeſtare dei et dũ fieret in aĩa mea:tũc aĩe mee fuit facta repreſentatio ſui met et vidit aĩa ſemetipſam tãte nobilitatis et altitudinis:quãtam nunq̃ potuerim cogitare.nec intelligere : nec alias poſſem credere ꝙ aĩa mea:vel aĩe que in paradiſo ſunt:poſſent eẽ tã

te nobilitatis:et aïa mea nõ potuit tunc cõprehẽ/
dere ſemetipſam. Vñ et ſi aïa cum ſit certa et fini/
ta et circũſcripta:nõ põt ꝯprehẽdere ſemetipſam
quãto minus põt cõprehẽdere creatorẽ ſuum:im
mẽſum et infinitũ et incircũſcriptũ. Aïa aũt mea
tũc preſentauit ſe deo cũ maxima ſecuritate ita ꝙ
nullũ portabat ſecũ timorẽ:ſed p̃ſentauit ſe deo
cũ maiori delectatione:q̃ vnq̃ fuerim expta et cũ
maiori:et noua et excellẽtisſima letitia:et cũ tan
to nouo miraculo et tã claro ꝙ nunq̃ tale potui
intelligere in aïa mea: et in hac obuiatione quã
tũc habui cum deo:qñ ſimul intellexi:et habui p̃/
dictum inenarrabile manifeſtare dei: fuerũt mihi
data verba de deo altisſima que nolo ꝙ ſcribanẽ.
Qñ vero aïa ad ſe reuertitur hoc ſibi remanet:et
hoc ĩuenit in ſe ꝙ placet ſibi oẽm penam et oẽm
iniuriam ſuſtinere ꝓ deo:et ꝙ pro nulla re que fie
ri:vel dici poſſet:nõ poſſet de cetero ipſam ſepa/
rare a deo. Vñ clamauit aïa et dixit. O dulcis dñe
quid eſt qđ posſit me a te ſeparare:et intellexi mi
hi dici:ꝙ nihil eſt qđ posſit me de cetero a deo ſe
parare gr̃a eius mediãte. Hec aũt ſupradicta audi/
ui mihi dici a deo mirabiliori loquutione q̃ poſ/
ſim ego ipſa referre, dictũ eſt etiam mihi ꝙ p̃dictũ
in enarrabile manifeſtare dei eſt illud bonum qđ
ſancti hñt in vita eterna:nec id bonum ẽ aliud a
p̃dicto. Sed eſt ibi alia expientia:et tãtum diuerſa
ab illo qđ p̃dictum eſt: ꝙ minor ſanctus qui mi/
nus hẽt in vita eterna:hẽt pluſq̃ posſit dari alicui

anime exiſtenti in hac vita ante mortem corpo/
ris et dico ꝙ anima mea in illo inenarrabili mani
feſtare dei hoc intellexit.
❡ Viſio nona vbi certificata fuit ꝙ ĩ ſuis viſiõib'
et loquutiõib' diuinis et ſpũalib' nõ fuit decepta.
QVodam tpe in feſto beate marie virginis ali
quãto tpe poſt ꝯuerſioné meã : rogaui bea/
tam virginem: vt ĩpetraret mihi grãm a filio ſuo:
qua cognoſcerem ꝙ nõ eſſem decepta in loquu/
tionibus que fiebãt mihi: facta eſt aũt mihi loquu
tio diuina ꝓmittẽs mihi ꝙ ita fieret: ſubiũxitq; di/
cens. Deus oſtendit ſe tibi: loquutus eſt tibi: dedit
ſentimẽtum ſuũ de ſe tibi. Tu igiť euites loq̃: vide
re & audire oĩa niſi ſecũdum eũ: & intelligebã oĩa
p̃dicta dici mihi cũ multa diſcretione : & magna
maturitate: & in p̃dictis loquutionibus q̃ fiebant
mihi: ego remãſi in letitia & in magna ſpe haben
di hoc qđ poſtulauerã: dixit etiã mihi in p̃dicta lo
quutione: ꝙ fieret mihi grã. ꝙ qcquid facerem: fa
cerẽ cum ſua licẽtia: cepi igiť facere illa tria : q̃ di/
cta fuerãt mihi: & cor meũ fuit leuatum ab oĩbus
terrenis, & poſitum in deo: & qcqd faciebam : ſi/
ue comederẽ: ſiue loqrer non impediebat qn cor
meũ ſemp eſſet in deo : & nihil poterã cogitare:
nec videre: nec ſentire: niſi ſecũdum deũ, & qñ ſte
teram ad orõnem: & volebã ire ad comedẽdum
petebã licẽtiam: & ipſe dabat mihi dicẽs: Vade co
mede cũ bñdictione prĩs: & filii: & ſpũſſancti: & da
bat licentiã aliqñ cito: aliqñ magis tarde : & hoc

durauit tribus diebus & noctibus. Tādem facta: in ſpū vidi deum in q̄dam miſſa circa eleuationem corporis xp̄i: poſt cuius viſionem: remāſit in me dulcedo inenarrabilis: & letitia magna: qua non credo carere in tota vita mea: & in p̄dicta viſiōe certificata ſum de p̄dicto qd' petiuerā: nec reman ſit in me aliqd' dubium de hoc: & ibi fuit mihi ſa/ tisfactum: & totaliter ad impletum: ꝙ non eram decepta in loquutionibus predictis.

Viſio & ꝯſolatio decima vbi etiam certificata eſt ꝙ in loquutionibus ſuis non decipiebat᷑.

ALio tp̄e dum erā in oīone: ſubito dicta ſunt mihi verba valde placibilia: & dixit ita: filia mea dulcis mihi multo plus q̄ ego tibi tēplū meū dilectum meū: cor dei oīpotētis ſtat ſup cor tuū: & ſimul cū iſtis verbis venit mihi ſentimētum de lectabiliſſimū: q̄le nunq̄ fuerā expta: oīa enim mē bra corporis ſentiebāt illud: & iacui ī iſtis: Et dice bat: iteꝝ deus oīpotēs ſuū amorē repoſuit ī te plus q̄ in femina illius ciuitatis: & ipſe delectat᷑ in te & in ꝯſocia tua. Et ſtudete ꝙ vita vr̄a ſit lumē oīum qui volūt ad illud reſpicere: illis vero qui nō reſpi ciūt erit forte iudiciū & duꝝ. Et ꝯprehēdebat aīa mea huiuſmodi iudiciū crudele plus lr̄atoꝝ q̄ lai/ coꝝ: qa deſpiciūt iſta diuina: & cognoſcūt ea per ſcripturas: Iteꝝ ſubiūgebat: tātus eſt amor dei oī/ potētis quem poſuit in vobis ꝙ ꝯtinue ſtat vobi/ ſcū: ſed nō cum iſtis ſentimētis: & oculi ſui ſūt mō ī vos: & videbat᷑ mihi ꝙ ego viderē oculis mētis

mee:oculos diuinos:& delectabāt me pluſq̄ poſ/
ſim exprimere:& doleo qa iſta dicimus modo ꝓ
truffis:q̄uis aūt eſſet iſta letitia magna,reduceban
tur tñ mihi ad memoriā meam:peccata mea: &
nullū bonum videbaẗ eſſe in me:& videbaẗ mihi
ꝙ nunq̄ aliquid feciſſem qđ deo placere deberet.
Dubitabam aūt ꝑ eo ꝙ ita magna mihi dicebanẗ
& cepi dicere: ſi tu qui mihi loq̄ris eſſes filius dei
oīpotētis:nūqd aīa mea recipet maiorem letitiā
q̄ recipiat:illā enim letitiā nunq̄ poſſem ſuſtinere
ſentiēdo te in me eſſe:eoꝝ ꝙ ego ſum ita īdigna.
Et reſpōdit qa nolo ꝙ ſit mihi maior letitia:eſt tñ
maior tibi parata:& ſcias qꝫ totus mūdus eſt ple/
nus de me.Et tūc videbā ꝙ oīs creatura erat plena
ipſo:& dicebat mihi:ego poſſum facere oīa:& ꝙ
me videas:& ſicut qñ ꝯuerſatus fui cū apoſtolis:
& nō me ſentias.Hoc aūt non dicebat verbis cor
poralibus:aīa aūt mea oīa cōprehēdebat ꝙ ita di/
ceret:& multa maiora & ita veraciter ſentiebam
eſſe.Ad declarādum aūt vtrum eſſet veꝝ qđ dice
bat aīa mea clamauit.Poſtq̄ ita eſt ꝙ tu es deus oī
potēs:& ſunt vera iſta que dicis:que ſunt ita ma/
gna:da mihi ſignū ꝙ ſim ſecura:& extrahe me ex/
tra dubiū,& querebā ꝙ ipſe daret:vel diceret ali/
qđ ſignū corporale qđ poſſem videre videlicet
ꝙ poneret in manu mea vnā candelā:aut lapidē
ꝑcioſum:aut aliā rem:aut daret mihi aliud qđcū/
ꝗ ſignum qđ ipſe vellet:ꝑmittēs ꝙ ego nō oſten
derem illud ſignū:niſi cui ipſe vellet.Et ipſe reſpō

dit,iſtud qđ q̄ris eſt ſignū qđ daret tibi ſolū leti/
tiā qñ illud videres:aut qñ ꝯtractares illud:ſed nō
traheret te de dubio:& poſſes eſſe decepta in tali
ſigno:ego aūt dabo tibi ſignū melius q̄ illud qđ
tu q̄ris:qđ ſignū erit tecū ꝯtinue intus in aīa tua:
& qđ ſemp ſenties.Signū aūt erit iſtud . Tu ſemp
eris feruens in amore & de amore dei:& illumina
ta cognitione dei ītus in te.Hoc aūt ſignū ſit tibi
certiſſimū ꝙ ego ſum:qa hoc ſignum nō pōt fa/
cere alius niſi ego:& hoc eſt ſignū qđ ego dimit
to ītus in aīa tua:qđ tibi eſt melius alio qđ petiſti
Dimitto in te vnū amorē de me,quo aīa tua erit
ebria,& feruēs,& callida aſſidue de me : Ita ꝙ tri/
bulationes amore meo tollerabis:& ſi qs tibi dixe
rit malū vel fecerit:tu hēbis in gr̄a,& clamabis te
īdignā tali gr̄a.Iſtū eni amorē habui ego ad vos,
qui fuit tātus ꝙ ꝑ vobis oīa ſuſtinui patiēter:et cū
humilitate.Tūc igit̄ cognoſces ꝙ ego ſum in te:
ſi qñ qs dixerit vel fecerit malū tibi:tu habeas nō
ſolum patiētiā:ſed hoc hēbis in magno deſiderio
& pro gr̄a,& hoc eſt certū ſignum gr̄e dei,& ec/
ce ego modo vngo te vnguēto ſiricoſo:quo vn
ctus fuit vnus ſanctus qui fuit vocatus ſanctus Siri/
cus:& alii multi ſancti.Sentiebā igit̄ ſubito vncti/
onē illam cū tāta dulcedine:ꝙ ego deſiderabam
mori:& ꝙ mors mea eſſet cū oī tormēto corpo/
rali:nec eſtimabam aliqđ:tormēta que ſuſtinue/
rūt ſancti ꝑ xp̄o:ſed terribiliora tormēta deſide/
rabam mihi pro xp̄o īferri.Et deſiderabā ꝙ totus

mũdus diceret mihi verecũdiam:& ꝙ mors inferreť mihi cum oĩ torméto.Et erat mihi multũ de/lectabile rogare deum pro illis q mihi hec oĩa mala facerét,& nõ mirabar de illis ſanctis qui rogauerunt deũ pro ĩterfectoribus & ꝑſequutoribus ſuis qa nõ ſolum debebãt rogare deũ,ĩmo etiã cona/ri ſpecialẽ grãm pro eis ĩpetrare . Paratiſſima igiť erã rogare deũ pro illis qui mihi mala feciſſent: & cũ magno amore diligere eos:& eis cõpati.In illa aũt vnctione ſenſi tãtam dulcedinẽ intus & extra:ꝙ nunq̃ tãtam ſenſerã : quã etiam nõ poſſum verbis manifeſtare in aliquo nec paꝝ nec multũ. Et erat hec ꝯſolatio alia:alteriuſq; modi q̃ alie fuiſſent:qa in aliis delectationibus deſiderabã ſtatim exire de ſeculo . Sed in iſta erat deſideriũ ꝙ mors mea eſſet grauis & lõga cũ oĩ tormento:& ꝙ oĩa torméta ď mũdo eſſent in quolibet mẽbro,& tñ hec oĩa videbanť mihi pauca.Et ꝯprehẽdebat aĩa mea ꝙ oẽ tormẽtum erat paruũ reſpectu illoꝝ bonoꝝ:que ꝓmittunť in vita eterna:& aĩa mea cõ/prehẽdebat certiſſime ita eẽ:& ſi oẽs ſapiẽtes mũ/di dicerẽt mihi aliud nõ crederẽ. Et ſi iurarem ꝙ oẽs qui vadũt per viã ſupradictam ſaluanť nõ cre/derem mẽtiri:& iſtud ſignũ dimiſit ſic firmũ in/tus in aĩa mea:& cũ tanto lumine claro:& illuſtrato ꝙ credo ꝙ ſuſtinerem martyriũ quãtum poſ/ſem:Aliter & hoc ſignũ ſentio ꝯtinue ꝙ eſt via re/cta ſalutis.ſ.diligere & deſiderare pati pro amore dei.Et audiui loquutionem a deo mihi factã diceť

tem, facias ſcribi in fine iſtoꝝ. Reddant̃ gr̃e dei, et qcũq; vult ꝯſeruare gr̃am nõ leuet oculos a cruce ſiue ſit in letitia, ſiue in triſtitia quã ego dem ſibi vel pmittam. Ea aũt que ſupradicta ſunt de predi/cto ſigno intelligebat aĩa mea magis plene q̃ poſ ſim dicere, & cũ plenitudine qua dabat̃ mihi itel/ligi: multo plura q̃ loquor mõ & plenius: & cum magna delectatione & affectione de qua oĩo ni/hil dicã nec dicere poſſũ: & deus velit ꝙ nõ ſit mi hi peccatũ, qa ita male, & cũ defectu refero amẽ.

¶ Incipit conſolationes quas habuit meditando de paſſione domini.

QVadam vice ego erã in meditãdo de paſſione, & de pauptate filii dei incarnati. Xp̃s aũt oſtẽdit mihi, & videbã pauptatem eius tã magnã quã dare demõſtrabat ĩ corde meo & volebat ꝙ ego viderem, & bene ꝯſiderarẽ. Et videbã illos, p q̃bus ſe fecit paupem: & tunc habui & ſenſi maximũ dolorem: & rep̃hẽſionem: ita ꝙ cor meũ quaſi deficiebat. Poſt hec aũt amplius de mõſtrauit mihi de ſua paſſione: & tunc videbã eũ paupem de amicis & parẽtibus, & videbã eum tã paupem de ſe ipſo ꝙ nõ poſſet ſecũdum humani/tatẽ ſe adiuuare. Et amplius placuit ſibi ꝙ oſtẽde/ret mihi plura de ſua paſſione, q̃ ſint illa que audi/uerã referri. Et intelligebam qũo Xp̃s in paſſione ſua, videbat oĩa corda obſtinata illoꝝ ĩpioꝝ con

tra ſe, & videbat oĩa mẽbra cum grãdi ſollicitudi ne deſtruere nomẽ ſuum, & videbat qũo habebãt magnã memoriam & ſtudiũ ad eum deſtruendũ Videbat etiam oẽs ſubtilitates, aſtutias, & machi/ nationes, qͣs ĩpii faciebãt ꝯtra eum, & videbat oĩa ꝯſilia, & multitudinẽ detractionum , & iras illas, & furores grãdiſſimos eoꝝ: & videbat oẽs appa/ ratus, & oẽs cogitationes, quas habebant & facie bãt qũo poſſent eũ crudelius affligere. Crudelitas enim paſſionis ſue fuit multa, & videbat oẽs pena litates: & iniurias, & verecũdias. Aĩa mea videbat plus de paſſione ſua q̃ ego nolo dicere: ĩmo volo tacere. Et tũc aĩa cum clamore dicebat: Sãcta ma ria mater afflicti: dic mihi aliqd de iſta paſſione fi lii dei, qa tu vidiſti plus de iſta paſſione q̃ aliquis ſanctus: vidiſti enim eã oculis capitis, & cũ oculis mẽtis: & nitẽtiſſime ꝯſideraſti pro eo ꝙ ſũme eũ dilexiſti. Iteꝝ clamabat aĩa mea dicẽs eſt aliqs ſan ctus qui ſciat mihi aliq̃d dicere de iſta paſſione, de qua nõ audio fieri memoriã nec aliqd loq: nec re ferri: ſicut aĩa mea vidit: quoniã tãta eſt ꝙ eã refer re nõ poſſum. Paſſionẽ enim xp̃i tãtam vidit aĩa mea: ꝙ quãtũcunq; ſancta maria viderit pluſq̃ ali/ qs ſanctus multis modis: tñ intelligo ꝙ nullo mo do poſſet eã dicere: nec etiam alius ſanctus & ſi ali qs eã diceret: ego dicerem: tu es ille qui ſuſtinuiſti eã. Viſa igiẽ ſic paſſione filii dei: ego fui in maiori dolore q̃ vnq̃ fuerim. Si enim cor meũ hic defice ret nõ eſſet miꝝ: adhuc enim nõ poſſum hẽre leti

tiam qñ recordor:& pdidi illum vigorem aĩ quo ſolebã eſſe leta, nec potui letari de multo tpe &c.

¶ Secunda conſolatio de paſſione domini.

Altera vice fuit mihi demõſtratus ille dolor acutus qui fuit in aĩa xpi: qui dolor fuit tantus ꝙ cor nõ ſufficit ad cogitãdum nec lĩgua ad dicẽdum. Et qa in filio virginis vidi tãtum dolorẽ: aĩa mea facta eſt afflictiſſima & in tãtum dolorem trãſformata ꝙ nunꝗ fui in tãto dolore: & iõ nõ poterã inuenire aliquam letitiam: aĩa aũt mea tũc itelligebat multiplicẽ cãm & rõnẽ: quare dolor ille fuit accutiſſimus. Aĩa enim illa erat ſine oĩ peccato & ſanctiſſima, & ꝓ ſe nullã debebat recipere punitionem. Itẽ qa ſolum recipiebat eã pro nr̃o grãdiſſimo amore: & ꝓ nobis ingratis: & inimicis, & ĩdigniſſimis qui etiam dum nos redimebat per paſſionẽ, ip̃m deridebamus: & ſubſannabamus. Itẽ qa peccatum crucifigẽtium fuit maximũ q̃re aĩa illa que oẽ peccatũ odibat & ſibi diſplicebat, multum doluit pluſꝗ de alio peccato. Item qa gẽtes multe que iſtud peccatum fecerũt: gẽtiles enim et iudei et fere oĩs orbis ꝯtra eũ in die feſto fuerũt ꝯueniẽtes quãtum ad nationes: iõ dolor grãdis. Itẽ ꝓpter malitiã ſũmam ſuoꝝ aduerſarioꝝ, quoꝝ totum ſtudiũ erat ad deſtruẽdum eũ et memoriã eius et nomen eius: et electos diſcipulos eius. Itẽ qa cõpatieẽ diſcipulis a fide cadẽtibus, et pſequutionẽ ꝓpter eũ ſuſtinẽtib᷒. Itẽ cõpatiebatur mr̃i doloroſiſſime. Itẽ qa fuit admiſſus ĩ penis

ſine adiutore, et ſine ꝯſolatore. Item qa illa ſanctiſſima et nobiliſſima aīa recipiebat dolorem ab oī parte, et recipiebat triſtitiā de oī, et anguſtiam et dolorē, de oībus doloribus, et penalitatibus q̄s recepit illud ſanctiſſimū corpus delicatū virginei um, que oīa adunabant in illa ſanctiſſima ſola aīa eius. Et multa alia que oſtēdebant clare mihi, que ego nolo, nec poſſum dicere: vñ extra me facta ꝓ dolore trāsformata fui in dolorē crucifixi. Diuina aūt miſericordia fecit mihi ꝓpter hec grām, primo qa volūtatem meā firmauit ita ꝙ ego nō poſſum velle niſi ſicut ipſe vult. Secundo qa ipſe poſuit aīam meā in vno ſtatu in quo recipio modicas mutationes, et habeo deū in tāta plenitudine ꝙ iā nō ſum in illo ſtatu in quo ſolebā: ſed ſum ducta in ſummam cordis, et carnis, et mentis pacem: et ſum contenta de omnibus.

¶ Tertia conſolatio de paſſione domini.

Altera vice cogitabā de magno dolore quē xp̄s ſuſtinuit in cruce: et cogitabā de illis clauis de qbus audiuerā dici: ꝙ claui illi de manibus et pedibus carnē portauerūt intus in ligno: et deſiderabā videre, vel ſaltem illud parꝫ de carne xp̄i quā claui illi portauerūt itus in ligno. Et tunc habui tātum dolorē de illa pena xp̄i ꝙ nō potui ſtare in pedib᷒: ſed iclinaui caput et ſedi, et vidi xp̄m inclinātem caput: ſup brachia mea, que ꝓieceram in terra, et tūc oſtēdit mihi guttur ſuū et brachia. Statim aūt prior triſtitia ꝯuerſa eſt in tātam leti

tiam, et ſic diuerſam ab aliis letitiis, ꝙ nõ videbã nec ſentiebã niſi id. Tãtã aũt erat pulchritudo illi us gutturis ꝙ eſt ieffabile: et tũc itelligebã illã pul chritudiné reſultare ex diuinitate eius. Nihil autẽ oſtendebaẽ mihi niſi illud guttur pulcherrimũ et ſuauiſſimũ: nec ſcio cõparare illã pulchritudinẽ alicui rei nec colori de mũdo, niſi tãtũmodo, cla ritati corporis xp̄i: quã aliqñ video qñ eleuatur.

¶ Quarta ↄſolatio de paſſione domini.

Altera vice feria q̃rta maioris hebdomade ego erã in meditando de morte filii dei, et meditabar cũ dolore, et conabar euacuare mẽtẽ de oĩ alia ĩpletura, vt poſſem aĩam hẽre magis re/ collectã. In iſta paſſione, et morte filii dei. Et erã tota occupata in iſto ſtudio et deſiderio qũo poſ ſem euacuare mẽtem de oĩ alia ĩpletura, vt potius et efficatius de hoc cogitaré. Et tũc facta ẽ loquu tio in aĩa dicẽs: ego nõ te amaui ꝑ truffam. Iſtud aũt verbũ, fuit q̃dam ꝑcuſſio mortalis doloris in aĩa mea: qa ſtatim apti ſunt oculi aĩe, et videbam clare qũo erat veriſſimũ hoc qđ dicebat. Videbã enim opa et effectũ illius dilectiõis, et videbã oĩa que fecit hic filius dei pro iſto amore. Et videbã q̃ ſuſtinuit in vita et in morte iſte deus hõ paſſiona/ tus pro iſto indicibili et euiſcerato amore: et intel ligebã p̄dictum verbũ eſſe veriſſimũ ꝙ. ſ. me non amauit ꝑ truffam, ſed veriſſimo et pfectiſſimo et euiſcerato amore me dilexit. Et ego videbã totũ ↄtrarium in me, qũo ego nõ amabã eum niſi per

truſſam et non veraciter:et hoc videre erat mihi pena mortalis,& dolor ītollerabilis ita ꝙ crede/bā mori.Et tūc ſubito dicta fuerūt mihi alia ver/ba que augmētauerūt dolorem meū que fuerunt iſta,iteꝝ: qđ p̄dictum eſt ſubiūgendo,ego inqt te nō dilexi per truſſam:ego nō ſeruiui tibi per ſimu lationē,ego te nō ſenſi per elōgationē:& tūc aug mētata fuit p̄dicta mortalis pena & dolor. Tunc aūt exclamauit aīa & dixit:O magiſter, iſtud qđ dicis nō eſſe in te:eſt totū in me qa nunꝙ̄ te ama/ui niſi per truſſam,& cū mēdacio & ſimulatione & nunꝗ̄ volui approximare tibi in veritate,vt ſen tirē de laboribus quos tu pro me ſentire & tollera re voluiſti & nunꝗ̄ ſeruiui tibi veraciter: & ꝓpter te,ſed cū duplicitate & negligētia. Vidēdo igitur hec p̄dicta qūo me veraciter amauerat, & oīa ſi/gna veriſſimi amoris eſſe in eo qūo ſe totū & to/taliter dederat ad ſeruiēdum mihi:& qūo mihi ſe appropinq̄uerat ſic ꝙ factus fuerat hō vt dolores meos in ſe veraciter portaret & ſentiret:& viden/do totū ꝯtrarium in me,tātus dolor & pena erat mihi ꝙ fere moriebar:& ſentiebā ꝙ p̄ dolore ma ximo,coſte pectoris diſiūgebanť: & cor videbať mihi ꝙ vellet crepare.Et cū cogitarem ſpecialiter in illo verbo ego nō te ſenſi per elōgationem,ip̄e addidit dicēs,ego ſum inqt plus ītimatus aīe tue ꝗ̄ aīa tua ſibimet,ſed & ex hoc augmētatus eſt do lor:qa quāto magis videbā mihi deum intimatū tāto magis cognoſcebā me elōgatam ex pte mea

Et poſtea

Et poſtea dixit aliqua verba manifeſtatiua & eui/
ſceratiua ſui amoris & dixit,ſi qͣs vellet me ſentire
in mēte ſua:nō auferrē me ſibi:& qcūq; vellet me
videre cū magno placimēto darē ſibi viſionem
meā,& qcūq; vellet loq mecū,cum maxīo dele/
ctamēto loquerer cū eo.Iſta aūt verba excitaue/
runt in me vnū deſideriū.ſ.nolle ſentire,nec vide
re,nec agere aliqd ī quo eſſet offenſio dei . & hoc
eſt qđ ſpecialiter reqrit deus,ex filiis ſuis & ab ele/
ctis ſuis,qa vocati ſunt & electi ab eo ad ſentiēdū
& vidēdum eū:& ad loquēdum cū eo,vult oīno
ꝙ caueant a ꝯtrariis.Sic aūt oſtenſum eſt mihi &
dictū.Illi qui ſunt amatores & ſequaces illius pau/
pertatis,doloris,& deſpectus mei,que ego ſemper
habui:illi ſunt filii mei legittimi & electi,& quoꝝ
mens eſt fixa in iſta paſſione & morte,vbi eſt ve/
ra ſalus & viuificatio omniū & non alibi:illi ſunt
filii mei legittimi:& alii non ſunt filii.

¶ Quinta conſolatio de paſſione domini.

Q Vadam alia vice dum eſſem in eccleſia bea/
ti Frācīſci iuxta eleuationē corporis domi/
ni organis cātantibus angelicum hymnū Sāctus
ſcūs ſcūs &c.fuit aīa mea in ipm lumē increatū aſ/
ſumpta & eleuata,& ſic abſorta & attracta qđ eſt
ineffabile.Poſt hec vero remanēte mihi priori at
tractu & īfluētia apparuit mihi effigies illius bene
dicti dei & hoīs crucifixi q̃ſi tunc nouiter de cruce
depoſiti:cuius ſanguis apparebat ſic recēs & rubi/
cūdus & per vulnera effluens ac ſi īmediate tunc

de recētibus plagis vulneribus effunderet̄ ſ. Tunc ēt apparuit in iūcturis illius bn̄dicti corporis tanta diſſolutio iniūcturis oīum mēbroꝝ ex dira & crudeli ꝑtenſiōe & tractura horribili mēbroꝝ virgineoꝝ facta ab illis manibus pfidoꝝ ſup patibulum crucis ꝙ nerui & iūcture oſſiū oīo videbant̄ laxati a debita corporis armonia, nulla tn̄ apparebat in pelle ꝯtinuitatis ſolutio. Ad huius igit̄ aſpectū tāta cōpaſſione, trāsfixa ſunt oīa viſcera mea: ita ꝙ vere in crucifixi dolores tota videbar corpore: & mēte trāsformata, & maiori ꝯfigebar telo in aſpectu dire ſolutionis cōpagū vnionis mēbroꝝ, ex qua oēs nerui videbant̄ laxati, & diſſepati, & oſſa diminūta, quātū in aſpectu vulneꝝ apertoꝝ, qa in illis magnū mihi ītuebat̄ paſſiōis ſecretū, & dira crudelitas torquētium ipm̄. Et erat vere tāte cōpaſſiōis aſpectus ſic cruciati corporis boni & dilecti ieſu ꝙ oīa nō ſolū īteriora mea, ſed & oſſa & iūcture nouū videbant̄ ſentire dolorem, & nouū ꝓuocare lamētum: & terribile doloris ſentimentū. Dū igit̄ ſic tota ſtarē abſorta ab illo dolore: & q̄ſi in dolores crucifixi transformata, audiui crucifixū ſup deuotis ad ſuā paſſionē & ſup mirātibus ipſam, & ſup ſibi cōpatientibus, dulciſſimas bn̄dictiones, in gratiātem & dicētē. Bn̄dicti vos a pr̄e meo, qui mihi cōpaſſi eſtis & mecū ſimiliter ꝯtribulati, & viā meam ſequuti ſtolas vr̄as ī meo ſanguine lauare meruiſtis. Bn̄dicti qui mihi ꝑ vobis crucifixo & īmēſis doloribus afflicto, vt ab im

mẽſis & eternis tormẽtis,ꝑ vobis ſatiſfacerẽ & vos redimerẽ,mihi cõpatiendo & mecũ pauptatem: dolorẽ et deſpectũ ꝑ vobis ipſis patiẽdo digni in uẽti eſtis.Bñdicti qui mee paſſionis que eſt mira/ culũ oĩum ſeculoꝝ ſalus et vita pditoꝝ ſolũ refu/ gium peccatoꝝ,memores et deuoti et cõpatien/ tes eritis,qui vere et regni,et glorie,et reſurrectio nis que per ĩpam acqſiui,eritis participes mecũ et coheredes in ppetua ſecula ſeculoꝝ. Bñdicti vos a pr̃e meo et ſpũſancto,et vere bñdicti,et ideo bñ dicti bñdictione quã dabo in extremo iudicio:qa me in mea,ppria veniẽtem ſicut mei,pſequutores nõ repuliſtis,ſed me deſolatum ĩ cordis hoſpitio p cõpaſſionem hoſpitẽ recipe voluiſtis: qa mihi ĩ cruce nudo exiſtẽti,fameſcẽti,ſitiẽti,ĩfirmo,cla/ uis aflixo,et moriẽti cõpaſſi et ꝯſotii mei eſſe vo/ luiſtis.In hoc vere opa miſericordie cõpleuiſtis. Ideo audietis in illa terribili hora. Venite bñdicti pr̃is mei pcipite regnũ qd̕ &c.Eſuriui enim in cru ce:& ſaltẽ per cõpaſſionẽ dediſtis mihi mãduca/ re:& cetera oĩa mirabiliter ſubiũgebãt.Dico autẽ oĩo ĩpoſſibile exprimere euiſceratũ amorem q re/ lucebat in aſpectu oculoꝝ illius bñdicte faciei dei hoĩs ieſu xp̃i ſup iſtos,vñ & adhuc ſubiũgebat. O vos vere beati et oĩo bñdicti:et ſi in cruce p meis crucifixoribus et tortoribus,cũ lachrymis et fletu rogaui pr̃em meũ et excuſaui dicẽs.Pr̃ dimitte di mitte illis qa neſciũt qd faciũt, qd pro vobis qui mihi cõpaſſi deuoti:et ꝯſotii fuiſtis dicturus ſum?

cũ nõ in cruce:ſed ĩ gloria feliciſſim' orbẽ iudica
bo? Sic igi? remãſi pluſq̃ dici poſſit ꝯſolata, et ad
paſſionẽ filii dei plurimũ affecta tãta affectiõe, ꝙ
ipſam exprimere non poſſum. Verba enim alia
plurima et aliter prouocantia et ſumme inflãmã
tia proferebat: que referre neſcio neq; poſſum.

¶ Sexta conſolatio de paſſione domini incipit.

ALtera vice dum orarẽ et in paſſione ieſu xpi meditarer cũ cordis ſũmo dolore et cõpaſſione cogitãdo et põderãdo quãta eſſet magnitudo iniq̃tatis in oĩ peccato meo cũ ad eius recõciliationẽ et remiſſionẽ anteq̃ deus pr̃ placari poſſet oportuit dei filium nõ ſolũ orare nec cum lachrymis rogare: ſed oĩo oportuit in cruce mori pro eo. Põderando etiã quãta põt eſſe dãnatio: et quãta et quãtum ĩfinita miſerrima et inumerabilia tormẽta que me expectãt pro oĩ peccato mortali meo ꝙ pro eius ſatiſfactione: oportuit nõ angelũ nec archãgelum, ſed deũ veꝝ dei filiũ ieſum mortis miſeriã, et crucis tormẽtum pati et ꝑ me tollerare. Pẽſando etiã meã ingratitudinẽ ꝙ ꝓ tãto bñficio, nõ ſolum nihil pro eo facio: imo ipm quotidie offendo: & nec de bñficio ſue redẽptionis recordari volo, nec ad meã ſaluationem penitẽtiam agẽdo cũ eo coopari curo: ſtupẽdo de iſtis, de dei ĩfinita bonitate & miſericordia & de mea ſũma iniq̃tate & ſtultitia. Dũ hec cogitarem manifeſtatũ fuit mihi q̃liter per paſſionẽ xpi liberati ſumus ab oĩ genere peccatoꝝ & tormẽtoꝝ et.

penaꝝ que ꝑ eis meruimus, & oſtéſum fuit mihi ita clare ꝙ vix potui me tenere, qn corã oibus id clamaré. Dictũ eſt igĩ mihi ſic a xp̃o crucifixo mihi apparéte vt in cruce fuit ꝑ nobis appéſus nullus hõ, nulla pſona poterit hére excuſationé ſue ſalutis qa ad ſuã ſaluté ꝓcurãdã nõ oportet plus facere niſi ſicut facit ĩfirmus medico q volés ſaluté oſtẽdit ei ĩfirmitaté: & diſponit ſe ad faciẽdum que dicit medicus. Ita nũc non oportet ꝙ aliqs plus faciat, nec aliqd in medicinis expendat, niſi ꝙ oſtẽdat ſe medico p peccati recognitioné, & cõfeſſioné & diſponat ſe, ad illa q̃ dicit ſibi medicus et caueat a ꝯtrariis. Cõprehendebat aũt aĩa mea ꝙ medicina erat ſanguis xp̃i, & ipſe dat ſine p̃cio hãc medicinã, & nõ ꝯſtat plus ĩfirmo peccatori niſi ꝙ diſponat ſe & medicus xp̃s dat ſibi ſaluté et ſanat ĩfirmitaté. Aĩe aũt mee oſtẽdebanĩ oĩa peccata, & videbat ꝙ oĩa mẽbra hẽbãt ſpecialé ĩfirmitaté ſpũalé: & iõ audiés qđ dictũ eſt, ſtatim aĩa mea conabaĩ oſtẽdere oĩa peccata que cũ diuerſis mẽbris corporis & cũ viribus & potentiis aĩe fecerat, & dicebat. O dñe magiſter & medice eterne ſalutis deus meus ex quo cũ ſola flebili oſtẽſione infirmitatũ meaꝝ & morboꝝ me curare diſpoſuiſti. Dñe cũ ſim ĩfirmiſſima, nec eſt aliqd ĩ me qn totũ ſit corruptũ & ĩfectũ, heu miſerãda tibi oſtendo dñe oés infirmitates meas & oĩa pcã mea, oium mẽbroꝝ meoꝝ & ptium aĩe & corporis. Tũc igĩ ĩcepi aſſignare oĩa peccata & dicebã, dñe miſericors me

dice,reſpice caput meũ q̃uo ip̃m cũ ſignis ſupbie frequẽter ornaui.Capillos retorquẽdo deforma/ ui,& alia multa peccata feci.Reſpice dñe oculos miſerabiles,ĩpudicitiis plenos,ĩuidia ĩfectos&c.Et ſtridebã ſimiliter aſſignare et oſtẽdeř oĩa alia pec cata oĩum mẽbroꝝ.Auditis ergo cũ magna pa/ tiẽtia oĩbus iſtis xp̃s letãter & cũ iocũditate reſpõ/ debat q̃uo p ordinẽ iſta oĩa ſanabat,et multũ aĩe cõpatiẽdo dicebat.Ne timeas neq; deſperes filia, quoniã & ſi mille mortibus & morbis eſſes ĩfecta & mortua cũ illis medicina quã miniſtrabo ſana ri poteris:Si tñ aĩe tue & cordi ipſam applicare ꝑ deuotionẽ volueris.Infirmitatibus eni capitis q̃s dixiſti & mihi oſtẽdiſti ꝓpter q̃s deo diſplices & tu doles in te:q̃s ĩcurriſti lauãdo,pectinãdo,vngẽ do,colorãdo,ornãdo crines torquẽdo,te efferẽ do,ſupbiẽdo,vanã gloriã q̃rẽdo,ꝓpter q̃ in infer no,& in ꝓfundiſſimo lacu deiici,& humiliari,& ꝑpetuo tanq̃ viliſſimã reputari debebat.Ego ſatiſ feci & penitẽtiam egi,& grauiſſimã penã tollera/ ui,nã meũ caput fuit totũ depilatũ,ſpinis acutiſſi mis pũctum,arundine pcuſſum,& totũ ſanguine cruẽtatũ,& oĩ ludibrio & ꝯtẽtui viliter,et vili co rona coronatũ.Infirmitatibus etiã faciei q̃s ĩcurri ſti lauãdo ſimiliter et vngẽdo,hoĩbus miſeris oñ/ dẽdo, & eoꝝ gr̃am q̃rẽdo ego medicinã ꝯfeci & ordinaui,nãꝑ peccatis huius ſatisfeci,nã ſputis ſor didiſſimis viliſſimoꝝ tota facies mea fuit inqna/ ta et deturpata alapis grauiſſimis fuit tumefacta et

deformata, pāno ſordido fuit velata. Pro oculis etiā tuis qbus reſpexiſti vana & nociua, & fuiſti in ipo aſpectu multipliciter delectata ꝯtra dn̄m, ego ſatisfeci: cū ipſis enim oculis meis lachrymas ama riſſimas effudi, & ipſos velatos habui, & ſanguine manāte a capite habui balneatos. Pro auribus tuis qbus deū offendiſti audiēdo vana & nociua, & i talibus fuiſti delectata, ego penitētiam maximā fe ci, nā auribus meis audiui multa, q̄ multā & maxi mā triſtitiā afferebāt. ſ. falſas accuſationes, detra ctiones, iſultationes, maledictiōes, deriſiones, ſub ſannationes, blasphemias, & iniq̄ ꝯtra me ſniam, & fletū piiſſime mr̄is mee mihi doloriſſime ꝯdo lētis. Pro peccatis oris tui & gule tue, qbus delecta ta fuiſti in cōmeſſatiōe & ebrietate, & ciboꝝ ſua uitate, ego habui os fame & ieiuniis & ſiti tabefa ctū, & aceto cū felle mixto amaricatū. Pro pecca tis līgue tue quā ad detractiones, calūnias, irriſio nes, maledictiones, blasphemias, mēdacia, periu ria & alia peccata laxaſti: ego habui os meū corā iudicibus & falſis teſtib' clauſum & nō habui ī ore meo excuſationem, ſed ꝓ malefactorib' meis deū toto corde rogaui, & ſemp veritatē p̄dicaui. Pro peccatis odoratus tui quo in floribus delectata es ego fetores abhominabiles ſputoꝝ: & ſenſi & ſup faciē meā oculos, & nares, tolleraui. Pro peccatis que feciſti cū collo tuo, ip̄m ira, ſupbia, & laſciuia agitādo, & ꝯtra deū extēdēdo, ego habui collum meū multiplicib' colaphis & alapis verberatum.

